Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



lacum aperuit & effodit eum · & incidit in foueam quam fecit ⁊
Conuertetur dolor eius in caput eius · & in uerticem ipsius iniquitas eius descendet ⁊
Confitebor dno secundum iustitiam eius · & psallam nomini dni altissimi ⁊

INFINEM PROTORCULARIBUS PSALMUS DAUID

Lectio laudes maiestatemq· dni xpi decantans· naturam eius humanam ad magnarum rerum dignitatem creuisse fastigia

DNE DNS NR· quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra ⁊
Quoniam eleuata est magnificentia tua · super caelos ⁊
Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem · propter inimicos tuos · ut des

Lacus dicitur quia ei fundus latet quem iudea praeuitas aperuit · quia nequiter contra xpm inchoauit, Effodit · dum eum in sua damnatione pfecit, Incidit in foueam · in mortis scilicet locum ⁊

Duob. modis confessio dr cu peccata nra satis factione damnemus · ut dignas do laudes cum exultatione celebramus, Iustitia · qua supbis resistit · humilib; dat gratia, Psallere e · mandata dni peragere · ymnos uoce & intimo corde cantare ⁊

Infinem significare dnm iam diximus protorcolaribus ecclesia declarata est · quae primo ingressu laudem dni laeta decantat ⁊

Nomen dni · uocabulum inenarrabile · sonat · Sed cum dicit quam admirabile est · non potest explicare quod sentit, In uniuersa terra · quia per totum mundum eius religio sua diluctatur ⁊

Haec prophetia in euangelio completa est ut sit sensus · non solum a perfectis et doctis es laudabilis · sed & iam a ore paruulorum mirabilis predicaris · Inimicos paganos · et blasphemos designat ·

Magnificentia di · est archanum incarnationis xpi · quae eleuata est quando xps resurgens ascendit in caelos, Ut in alio psalmo · exaltare super caelos ds · & super omne terram gloria tua,

statt illos conuertit · Peperit iniquitate · quando dixit crucifige crucifige ⁊

Dolor enim dicitur · quasi domabilis horror · hic debemi caput panima accipere · huic subiecta s peccata obnoxia · quando refrenant ne ppetrent, Uertex eni dicitur qd dextera leua q· uertat capillos · significat rationem quae super eminet mentis · haec anima si peccatis facientibus inclinat · Necesse est ut in uerticem idest supra rationem ipsius iniquitas descendat, Nam cum supra impios peccata descendunt · suis sceleribus impenas debitas obruuntur ⁊